



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Rationale Vtrivsq[ue] Potestatis Ecclesiasticæ**

**Talamellus, Thomas**

**Ticini Regii, 1618**

Incipit. Qvintvs Tractatvs. Eivsdem Libri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61615)

## I N C I P I T

## QVINTVS TRACTATVS

## EIVSDEM LIBRI

*Rationalis Vtriusque Ecclesiastica Potestatis, in quo  
auctor agit pro suo captu de immunitate, liber-  
tateque Ecclesiastica. Cap. I.*

**T**anti valoris, tantæque extimationis siquidē  
fuit apud homines ipsa libertas, vt oīa bona  
temporalia longè superauerit, secundū illud  
Poeticum dictum, quod ab hominum ore frequenter  
procedit. Non bene pro toto libertas venditur auro:  
hanc similiter D. Apostolus maximè commēdauit di-  
cens, Nos autem sumus filij libertæ, qua libertate Chri-  
stus nos liberauit, at si tantæ dignitatis, tantæque con-  
ditionis semper iudicata fuit libertas, communiter ac-  
cepta, vt Iuris Cōsulti eam rem inestimabilem vocāt,  
qua ratione ab aliquibꝰ prauè dispositis libertas Ec-  
clesiastica ēt extimari nō debet, cum ēt ipsa ortum ha-  
beat, & trahat ab eodem Salvatore, & liberatore Dño  
Nostro Iesu Christo: idcirco non ab re D. P. Aug. acci-  
piens illud ad Rom. Misit Deus filium suum in simili-  
tudinem carnis peccati, dicit, In carne quidē vera; sed  
non in carne peccati &c. post pauca referens illud D.  
Io. Euangelistæ, Ecce venit Princeps mundi, & in me  
nō habet quicquam, Quare ergo me occidit? quia quæ  
non rapui tunc exolvebam Proisus, quid fecit? de tri-  
buto, hoc fecit, & de morte exigebatur tributum, di  
Ec 2 dragma,

*D. Apost. i  
ad Gal. c. 2.*

*D. p. Aug.  
de verb.  
Apost. ser.  
6.  
cap. 8.  
cap. 14.*



dragma, quare inquit, tu & Discipuli tui, non redditis tributum. Vocauit ad se Petrum, & ait ei, Reges mundi a quibus exigunt tributum? à filiis suis, an ab alienis? Respondit Petrus ab alienis: ergo inquit Christus: liberi sunt filij: tamen ne scandalizemus eos; vade ad mare, & mitte hamum, & qui primus surrexit, id est priuogenitus ex mortuis: aperit (inquit) os eius, & dragmas inuenies, ibi statemem, id est duas, didragmas id est quatuor dragmas inuenies ibi staterem, hoc est quatuor dragmata da eis pro me, & pro te; quid est ipse Christus, & Petrus, Ecclesie Christi quatuor Euangelia ministerium latebat: quia illa quatuor dragmata quatuor Euangelia significabant &c. Vnde Dominus Iesus Christus soluit tributum, non debitum, & talis solutio significabat quatuor Euangelia, quæ mittebantur ipsis tanquam necessaria ad salutem, & ad scandalum euitandum: idem asserit D. P. Aug. ita etiam dicit & docet D. Thom. vt habetur Matth. c. 17. Christus poterat se à tributo excusare: quia liberi sunt filij Regum, &c. tamen mandauit tributum solui ad scandalum vitandum &c. non ergo ex necessitate: sed ex Dei benignitate, solutum fuit, idem tributum à Domino Iesu Christo propter prædictas causas, & rationes; ita etiam non debent cogi Christi Sacerdotes, & serui à quibuscunque seculi principibus absolutiorem cuiuscunque tributi, cum eorum immunitas à Christo Domino omnium Principum, Principe Summo, ortum ducat (vt probatum est) &c.

Præterea B. Simon noster de Cassia lib. 9. de Relig. Christi

D. p. Aug.  
in ps. 137.  
D. Th. 2. 2.  
q. 10. art.  
19. in cor.



Christiana tractans illud de tributo soluto à Domino Iesu Christo secundum illud Marthei, dicit, Christus dixit Diuo Petro preueniens eum, quid tibi videtur Simon, Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel censum, à filijs suis, an ab alienis? ab alienis, dicit Petrus, dixit illi Iesus, ergo filij sunt liberi. Hæc sententia veritatis ex his verbis sumenda est, Deus Pater Rex, & Dñs vniuersi summo iure vnicum filiū habet in ea constitutum libertate, qua Pater, igitur & filij Regum mundi, liberi sunt a censu, & exactionibus fiscalibus impositis: decreto Paternorum Regum multo magis Dei filius liber erit, etiam vna cum suis complicibus, & sodalibus, nam et Regū filij, quos elegerūt locios, sæpè fecerunt exemptos, sic et & Discipuli, & sodales æterni Regis existimatur a censu, & tributo liberi, vt iustum est, & sic cōcludit Dñm Iesū Christū soluisse tributū, ne scandalizaret eos, & non ex necessitate, penes quæ manet oīa regnōū iura &c. sic ergo & Clerici Domini Iesu Christi serui immunes existimandi sunt &c.

Præterea idem docet B. Aug. noster Anconitanus, fundamentaliter sic, sicut capiti naturali specialior cura est de oculis quam de alijs membris, ita Papæ capiti corporis mystici est specialior cura de illis, quos exemptis facit &c. modo Clerici videntur esse, sicut oculi Papæ, & totius Ecclesiæ, dicente Salvatore, vos estis lux mūdi &c. ergo merito clerici debent esse immunes &c. & idē B. Aug. eodē lib. refert illud de tributo soluto à Christo &c. & eandem dat solutionem præcipuè ne scandalizaret eos, quod quidem scandalum modo non debet impedire bonorum Ecclesiæ temporalium cōser-

B. Sim. de  
Cass. lib. 9.  
de Relig.  
Christian.  
c. 41.  
cap. 17.

B. Aug.  
Anc. li. de  
Pot. Eccl.  
q. 61. ar. 4.  
matth. c. 5.

q. 6. ar. 3.  
ad 2. arg.



D. Thom.  
2.2 q. 43.  
art. 8.

pulchra di-  
stinctio, et  
doctrina.

D. P. Aug.  
li. de serm.  
Domini in  
Senec.

uatione, ac eiusdem libertatem: quapropter D. Thom.  
pro fundamento eiusdem veritatis sustinenda addu-  
cit exemplum D. Thomæ Martiris Cantuariensis,  
qui petijt res Ecclesiarum cum scandalo Regis An-  
glia ferentis leges utilitati, immunitati, ac dignitati  
Ecclesiasticae repugnantes, quibus quantum potuit re-  
stitit, et vsque ad sanguinis effusionem, vt patet in Hi-  
storia eiusdem D. Thomæ. Dicit ergo ibidem D. Tho-  
mas Aquinas in corpore articuli, Circa bona tempora-  
lia distinguendū est. Aut. n. sunt bona nostra, aut sūt  
nobis ad conseruandū pro alijs commissa, sicut bona  
Ecclesiae committuntur Prælati, & bona communia  
quibuscunq; Republicæ Rectoribus: & talium con-  
seruatio sicut, & depositum imminet his, quibus sunt  
commissa ex necessitate; & ideo non sunt propter scan-  
dalum dimittenda, sicut nec alia, quæ sunt de necessi-  
tate salutis. Temporalia uerò bona, quorū sumus Do-  
minii, dimittere ea tribuendo, si penes nos habemus:  
vel non repetendo, si apud alios sint propter scandalū;  
quandoque quidē debemus: quandoque non; si enim  
scandalum ex hoc oriatur propter ignorantiam, vel in-  
firmitatem aliorum, quod supra diximus esse scandalū  
pusillorum tunc, vel totaliter dimittenda sunt tempo-  
ralia, vel aliter scandalum secandum scilicet per ali-  
quam admonitionem. Vnde dicit D. P. Aug. Dandum  
est, quod nec tibi, nec alteri noceat, quantum ab homi-  
ne credi potest, & cum negaueris quod petijt, indican-  
da est ei iustitia, & melius ei aliquid dabis cum peten-  
tem iniuste correxeris &c. aliquando uerò scādalum



nascitur ex malitia, quod est scandalum Phariseorū,  
 & propter eos, qui sic scandala concitant, non sūt tem-  
 poralia dimittēda: quia hoc noceret bono communi,  
 & daretur malis occasio rapiendi, & noceret ipsis ra-  
 pientibus, qui retinendo aliena in peccato remanerēt.  
 Vnde dicit D. Gregorius in moralibus, Quidam dum  
 temporalia nobis rapiunt, solummodo sunt tollerādi;  
 quidam verò, æquitate seruata, prohibendi, & non so-  
 la cura, ne vestra subtrahātur, sed ne rapiētes non sua  
 semetipsos perdāt. Patet itaque clarè ēt ex dictis ipsi⁹  
 D. Th. Aquinatis vbi supra, qualiter oēs Ecclesie Præ-  
 lati tenētur defendere, non solū tēporalia Ecclesie bo-  
 na, non obstante quocunque scandalo quomodocūq;  
 considerato, præcipuè ex malitia procedente, sed ēt li-  
 bertatem Ecclesiasticam tueri, ac protegere; sicut clarif-  
 simum dedit exēplum D. Thom. Aquinas de D. Tho-  
 ma martire Cātauriensi, qui propriā paruit fecit vitam  
 pro Ecclesiastica libertate, quæ etiam omnem tributū  
 solutionem excludit ad principes sæculares &c.

Præterea idem docet Greg. nī Lusit. Coronel dicēs,  
 Deus nūquā regibus Sacerdotes subdidit, ex Leuiti-  
 co, & hoc idem non sine maxima ratione, cum dicat  
 B. Egid. noster Rom Libertas à iustitia est, modo sic  
 dici debet de libertate Ecclesiastica, nempè quod sit  
 a iustitia, cū eadem semper vsa fuerit Ecclesia, quæ  
 quæcunque facit, iustè facit, & sic idem videtur sen-  
 tire idem B. Egid Rom. super epistola ad Rom. c. 13  
 Cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal &c.

Præterea D. P. Aug. de verb. Dñi s̄m Ioannē, si mā-  
 seri-

D. Greg.  
 moral.

Greg. Lusit.  
 li. 2. de ope  
 Reip. statu  
 c. 2.  
 cap. 4.  
 B. Egid.  
 Rom. 2. s̄e  
 dist. 25. q.  
 1. art. 6.  
 dub. 1. la-  
 ter. ad 2.  
 arg.



cap. 48. l. libertas  
 ff. de reg. iur.  
 Inst. de eo cui liber  
 caus. §. Hi autē quos  
 &c.  
 Amb. Par tenop. lib. ser. 4. 2.  
 Dō. quad. Int de iur. pers. §. 1.  
 phil. 1. cō. li. tex. 77. & 2. tex. 18 & 12.  
 meth. tex. 54.  
 Inst. de eo cui lib. ca. bonorū ad dict. §. his autē quos imes.  
 Cod. de test. l. test. oīa  
 D. Amb. l. 1. de Abra. am. d. 4.  
 Addeod. de Pinnabil. ser. quad. f. 3. 3. oō.  
 in Mat. 18. Verb. si te non audieris

feritis in verbo meo &c. dicit Veritas vos liberavit, si non delectat veritas, delectet libertas, quæ (vt dictum est) a iustitia est: quia libertas oībus favorabilior est, qua vsq; modo vsa est, & iustè in futurū vsura est Ecclesia: quia libertas semel competens, non pōt retractari: sed hęc non tm̄ semel: sed pluries, & sēper S. M. E. habuit, ergo non debet retractari, seu auferri, sic etiam docet Ambrosius n̄r Partenopeus s̄m̄ Iuris Consultos libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi vi, aut iure prohibeatur, at hęc Ecclesiastica libertas a nullo iure prohiberi pōt, seu impediri valet, nisi a Iure Canonico, quod ius talem dedit Ecclesiæ facultatem, seu libertatem, cum cæteræ leges, & iura eidem Iuri Canonico subdātur, vt probatum est supra tractatu quarto &c. at si vi aliqua eadem libertas quouis modo prohiberetur à non potentibus, nec debentibus in hoc sęculo (vt sępè accidit) ipsi prohibētes meminert, nullū violentū esse perpetuū, vt docet Philosoph. pluribus in locis in lib. de Cęlo &c. quia libertas præferenda est omni cōmodo pecuniario sic ergo, libertas Ecclesiastica præferēda est &c. eo magis: quia nos antiquus est seruādus sed antiquus mos est quod Ecclesia Catholica sua vtatur libertate ergo idem quod supra, pro minori probanda, dicit D. Amb. libertas Sacerdotū ægypti significabat libertatē Ecclesiæ &c. Enigritur mos antiquus, q̄ necessariò est seruādus &c. Quo circa Addeodatus n̄r tãgens huiusmodi Ecclesiasticā libertatem de mente D. P. Aug. ad fratres in Eremo, dicit ō Sacerdotes mei, si sęnus in laico crimē iudicatur: si pro-



si propter hoc mori debet, & cōdemnatur ad mortem: quid de vobis erit in die nouissimo? quid de nobis faceret mūdus, si super nos haberet potestatem &c. ergo Sacerdotes, hac stante auctoritate sunt immunes, & minimè potestati laicali subiecti.

D. p. Aug  
ad frat.  
in en. ser.  
36 ad suos  
sacerdotes

D. P. Aug. lib. 1. quæstionū Euangel. (prout refert) & accipit Ioannes Baptista noster de Aste in suo scripto 4 sen. dil 20. q. 1. art. 2. fundamentaliter. Sic dicit; quod ergo dixit, ergo liberi sunt filij: in omni regno, intelligendum est, liberos esse filios. i. non esse vectigales. Multo ergo magis liberi esse debent in quolibet regno terreno, filij regni illius, sub ipso sunt omnia regna Terræ &c. nam clarè hoc idem habem⁹ ex D. Apostolo, cum inquit nam idem Dominus omnium &c. ex his itaque verbis D. Patris Augustini Dq: Apostoli, duo clarè colliguntur, primum Ecclesiastica libertas, alterum verò omnia terrena regna subdita esse Ecclesiastico Regno &c. Hæc autem veritas ab eodem cōfirmatur, siue corroboratur auctoritate D. Io. Euang. Apostoli, & Prophetę, loquentis de Ecclesiastico honore, & sic dicentis. Er ambulabunt gentes in lumine ei⁹ & Reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam &c. & extra de sententia excom. Vnde Ioannes à S. Geminiano in sua summa de exemplis lib. 8. c. 22. secundum Hostiensem decretantes contra libertatem ecclesiasticam esse excommunicatos a iure; & posse excommunicari ab homine.

num. 23

mat. 17.  
ad Rom.  
c. 10.

Apoc. 21.

Ioannes  
à S. Gemi  
niano or.  
predic.



## CAPVT SECVNDVM.

In quo Auctor sequitur agere de eadem materia libertatis  
Ecclesiasticae alias afferens rationes.

*Inst. de ex  
cus. tut. S.  
idem in mi  
lite Glos.  
sup ver.  
nec volens  
& C. de  
vasal. mil.  
qui ar bel.  
deb.*

*Nicolao  
Triuth in  
coment. S.  
p. Aug li.  
6 de Unit  
Dei c. 26.  
pulchrum  
exemplum*

**C**Lericus est miles cœlestis, & alibi desijt esse mi-  
les sæculi, qui factus est miles Christi: ergo Cle-  
rici sua frui possunt libertate Ecclesiastica, cum sint  
milites cœlestes, ac non militent sæculo, cuius Princi-  
pes, videlicet sæculares nullam habent super ipsos po-  
testatem, cum non sint Principes cœlestes, sicut & ipsi  
Clerici sunt cœlestes milites.

Præterea idem probatur pulcherrimo exemplo, &  
adducitur à Nicolao Triuth vbi dicit de mente Petri  
Diaconi, quod valēs Imperator hæreticus data lege, vt  
monachi militarent; nolentes iussit pessimus Impera-  
tor pro tribunos, & milites prædictos interfici: quo-  
rum numerosa multitudo præcipuè in Egipto marti-  
rij palmam consecuta est. Dicitus tamen Imperator se-  
ra ductus pœnitentia, reuocato præcepto, ducens exerci-  
tum suum cœra Gothos, à quibus ipse vna cum Do-  
mo, ad quam, vulneratus deportatus est, concremat<sup>9</sup>  
fuit iusto Dei iudicio, Vt etiam dicit Drosius, mani-  
festè igitur patet, Clericos quoscunque esse immunes  
à sæculi seruitute &c.

*Actuum  
Apost. 6.  
25.  
obiectio.  
solutio.*

Præterea, etiam si aduersarij pro se adducant exem-  
plum D. Pauli Apostoli Cæsarem appellantis, virtute  
cuius exempli arbitrantur omnes Religiosos teneri  
similiter ad recognitionem, & obedientiam siue iu-  
dicium terrenæ potestatis, & eidem subditos esse, hoc  
tamen non obstat, & nihil pœnitus concludit contra  
iam



iam probatam veritatem. Nam B. Aug. noster Anconitanus, dicit, & sufficienter respondet de mente D. P. Aug. (vt habetur in distinctione sacrorum Canonũ) D. Paulus Apost. appellauit Cæsarem tanquam ciuis Romanus: non autem tanquam maiorem, vel æqualem sibi. Nam D. Apost. hoc fecit, cum aduersus inuorios Romanum Ciuem se esse testatur. Vnde clarius loquens idem B. Aug. eadem quæst. dicit, quod Papa comparatur ad alios Principes ceteros, sicut Cælum ad Terram. Nam sicut Cælum generat, & corrumpit, hæc inferiora, alteratque, ac variat ipsa nihil tamen istorum inferiorum insurgit contra ipsum Cælum, vel appellat contra idem. Sed patienter tollerat, quidquid operatur in eis, siue per generationem, siue quouis alio modo &c. sic papalis potestas, tanquam cœlestis; ita potest omnes inferiores potestates, tam clericorum, quam laicorum generare, & corrumpere, siue alterare, & nulli licet insurgere, vel appellare contra ipsũ. Hinc iure optimo Euangelista Bosius n̄ Patavinus, de mente D. Apostoli 1. Corint. c. 2 dicentis, spiritualis, iudicat oia, & ipse a nemine iudicatur, & Petrus n̄ de Aragona dicit, appellationes, quæ fiunt a Religiosis ad Principes seculares esse iniquissimas, & prohibitas sub sententia excommunicationis maiori ex parte. Cũ itaq; Sũmus Pontifex vna cũ rota Ecclesia, Clericos esse immunes, & liberos a tributorum solutione a quã frui liberè posse libertate Ecclesiastica vt manifestũ extat decretũ Sacri Concilii Tridētini sess. in medio eiusdẽ capitis, decernit itaque, & præcipit sacros Canones, &

B. Aug.  
Ar. lib.  
de pot ecc  
96 a t 4.  
ad 1 arg.  
canon dist  
10  
art 5. in  
corp.

Euangel.  
pat. u. lib  
Theozema  
tum theor  
4 dul. cõr.  
16. enun-  
ciationem  
petrus  
rag lib  
de 11 st &  
iur. q. 96.  
art 3.  
conc. trid.  
sess. 25. c.  
20 cup es  
sancta syn-  
odus.



lib. de pot.  
eccl. q. 44.  
art. 1. in  
corp.

D. Apost.

concilia generalia oīa, necnō alias apostolicas sãctio-  
nes in fauorē Ecclesiasticarū personarū libertatis Ec-  
clesiasticæ, & cōtra eos violatores, editas, quæ, oīa præ-  
senti ēt decreto innouat, exactè ab oīb<sup>9</sup> obseruari de-  
bere, propter eaq; admonet Imperatorē, Reges, Reipu-  
blicæ Principes, & oēs, singulos cuiuscūq; status, & di-  
gnitatis extiterint, vt quo largius bonis tēporalibus,  
atq; in alios, qui potestate sūt ornati, eo sãctius, q̄ Ec-  
clesiastici iuris sūt, tāquā Dei præcipuè eiusq; patroci-  
nio tecta venerētur, necnō ab vllis Baronib<sup>9</sup>, domici-  
lis, Rectoribus, alijsq; Dominis tēporalibus, seu magi-  
stratibus, maximèq; ministris ipsorū Principū ledi pa-  
tiant, .i. p̄mittat: sed securè in eos, q̄ illorū libertatē, im-  
munitatē, iurisdictionēq; impediūt animaduertāt &c.  
oportet g<sup>o</sup>. quæ à Cēlo nēpè Papa, veniūt, & procedūt,  
recipere, & tollere eo magis: quæ, vt dicit idē B. Aug.  
ēt leges Impe. depēdēt, & depēdere debēt ab Auctori-  
tate Papæ; quo iure depēdēt a diuina lege cui<sup>9</sup> ipse est Vi-  
cari<sup>9</sup>, & minister. Ergo sequit̄ idē q̄ supra. Stultissimi  
igitur sunt illi falsi Religiosi, seu ēt laici, quicūq; sint  
forsã ēt de fide male sētientes qui sæpè, ne dū verbis: sed  
ēt scriptis pertinacib<sup>9</sup>, falsisq; dogmatib<sup>9</sup> sensu poti<sup>9</sup>,  
quā intellectu ducti, eodēq; intellectu obsecari cōtra se  
ipso, aliosq; agētes, sæpè defēdere nitūtur cōtrariā po-  
sitionē, ac erroneā sētentiā, ducti ēt forsã aliquo cupiditatis studio, vt innuit vbi supra Sacrum Tridentinum  
Concilium &c. meminerint ergo, iisdem auaritiā,  
omne malorum esse, radicem iuxta Apostolicam sen-  
tentiam &c.

Præ-



Præterea Iac. Philippus Bergomensis noster in suo Cronicarum supplemento dicit, eundem Summum Pontificem Pium Papam Aquilegium inter alia decreta sua necessaria, hoc vnum singulare, fecisse, ut si aliquis laicus cuiuscunque gradus, & conditionis præsumeret, violare Ecclesiasticam libertatem, vel bona Ecclesiastica, vsurpare, deberet asperè puniri tãquam sacrilegus. Vnde idem Iacobus Philippus, vtsupra maxima ductus ratione docet, qualiter B. Bonaventura noster Patavinus S. R. E. Cardinalis, & martyr pro conseruanda, ac inuiolabiliter tuenda libertate Ecclesiastica, libenter passus fuit mortè à tyrannis, præcipuè à Carara tyranno, & hoc accidit Anno Domini 1320, ergo sequitur idem quod supra.

Præterea Dominus Alexius noster Stradella Genuens in suo scripto, dicit, pro defensione eiusdem libertatis Ecclesiasticæ de mente D. Apost. dicentis, tu qui es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit; cum autem Religiosi sint ei serui immediata, non debent, nec possunt a laico iudice iudicari, & puniri, ergo necessario sequitur idem quod supra. Hinc ad rem nostram facit id quod habetur in capite; cum non ab homine, de iudicio, & hoc priuilegium, quod scilicet Clerici non possunt iudicari à Laicis, est eis cõcessum à iure Diuino, & hæc est communis opinio, vt dicit Alciat. in dicto capite: cum non ab homine, qui refert idem attestari Felin. dicit, quod facientes seruari statuta vel consuetudines contra Ecclesiasticam libertatem; sunt excommunicati, c. nouerit, de sētētia ex

com-

*Iac. Philip  
Berg. in  
suppl. cro  
nic. lib. 8.  
Hist. Pij  
pape A  
quilegij.*

*lib. 13. p.  
253. a ter  
go.  
exemplū  
maximè  
notandum  
atque imi  
tandum.*

*Alexius  
Stradella  
4 sen. dis.  
19. art. 3.  
in corpore  
ad Rom. c.  
14.*

*libertas ec  
clesiast. de  
iure diuini  
no.  
num. 2.  
Did. prac.  
q. 3. n. 1.*



Felin. in c.  
2. col. 1.  
de maior.  
obed. &  
Roc. de  
consuet.  
fo. 51. col.  
4. & Reb.  
in concor.  
in sub. de  
protec. n.  
36. lib. 5.  
9. fin. ver.  
Omnium  
autem ex-  
ceptionū,  
& idem  
clar. eodē  
lib. 9. 77.  
ver. faciē-  
tes seruari  
Abbas cō-  
sil. 83. in  
primis  
verb. lib.  
1. ac alij ci-  
tati d. cla-  
rum, qui  
etiameodē  
li. 5. c. 36.  
ver. 12.  
Ancid. c.  
2. 9. 14.  
Alex. d.  
Saxo Fer.  
D. Apost.  
1. ad cor.  
c. 5.  
Antonius  
Derton.  
illucid.  
confess.  
pag. 106.

Comunicationis, vbi declarat, quod illa statuta, vel con-  
suetudines dicuntur esse cōtra Ecclesiast. libertatē, qua  
veniunt contra Priuilegiū concessū Ecclesiæ vniuersa-  
li à Deo, vel a Papa, vel ab Imperatore, & hanc dicit  
esse cōmunē theoreticā oīū doctorū, vt dicit Abbas, cle-  
ricos non posse huic priuilegio tacitē, vel expressē re-  
nunciare, vt est tex. in capite, si diligētī, &c. & in ver. est  
autem sequitur: quod nec Clerici tenentur, citati per  
iudicē secularē occasione alicuius delicti corā eo p. se,  
vel per procuratorē cōparere, & exceptionē clericatus  
præponere, vt dicit Arcidiaconus in cap. 2. & est com-  
munis opinio, vt attestatur Felinus in c. Veniens &c.

Præterea B. Alexāder Inſā Saxoferrato vbi supra, de-  
clarat Sacerdotū immunitatē, & Ecclesiasticā liberta-  
tē, auctorit. D. Apost. dicētis de semetipso: sed ego sub  
nullius redigar potestate, &c. ergo immunis, & sic de  
alijs &c. & Antonius miritius Dertonensis noster  
in suo Confessariorum dilucidario, loquens de Casti-  
bus ex consuetudine Episcopis reseruatīs, dicit, Homi-  
cidium voluntarium consumatum, crimē falsarij  
& violationem Ecclesiasticæ libertatis, seu immunita-  
tis esse Episcopis reseruatam &c. ergo sequitur idem  
quod supra nempe Clericos omnes posse, & debere li-  
berē vti suo libero iure &c.

### CAPVT TERTIVM

*In quo Auctor sequitur agere de eadem materia Ecclesia-  
stica libertatis nouas afferens rationes.*

**L**vdouicus; noster Lusitanus egregie docet libera-  
tē, siue immunitatē ecclesiasticam esse de iure di-  
uino



uino de mente D. Anton. confirmatā, nam Gen. 47. vbi Ioseph Pharaoni totā terrā Egipti præter terram Sacerdotum subdidit, vbi quam plures alias adducit probationes, quæ breuitatis causa omittuntur &c. & idē Doctor eodem libro, dicit omnem legem præiudicantem eidem libertati Ecclesiasticæ irritam esse &c.

Præterea Dñs Greg. n̄ Elparenſis vbi supra, tangit, ac probat eandem immunitatē Ecclesiasticam auctoritate D. P. Aug. per dictū mundanæ legis, qui plus petierit, quam ei debetur, amittat, quod ei debetur. Vnde cum personæ Ecclesiasticæ nihil debeāt Domini tēporalib⁹, cū nō sint de eorū grege, ac iurisdictione, vti dictū est. Petentes itaq, huiusmodi iurisdictionē Ecclesiasticā, & vexātes meritō amittere debēt eā, q̄ habent &c.

Præterea Michael Solon n̄ Hispanus multis modis & medijs probat iā dictā ecclesiasticā libertatem esse de iure diuino auctoritate Psal. 81. ver. Deus stetit in sinagoga deorū, in medio autē deos iudicat, id est ecclesiasticos, d iudicat ipse, & s̄m Psal. 104. dicit Deus Principibus sæcularibus. Nolite tangere Christos meos, id est ministros meos Sacerdotes, & per iā dictū Gen. 47. fecit Ioseph tributariam Regi totam terrā egipti præter Sacerdotum terram &c. nec utebatur Ioseph aliquo iure humano: sed solo naturali, & diuino, & auctoritate Saluatoris vbi Petrus dixit, filios Regis esse liberos à tributis &c. & vltimo sic, si hæc immunitas nō esset à iure diuino: sed humano, certè vel a iure imperatorio, vel à iure Pontificio, si primo modo, ergo Imperator posset suo arbitrato eadē priuilegia Cleri

clis

lib. suarū  
respon. cō  
scient. ca-  
suum cōg.  
9 ad 7. ca  
sum in  
princ.

D. Anton  
p. 2. titul.  
1. c. 13. &  
sacris ca-  
non. ac ci-  
uil.

congre. ha  
bet die 8.

Iun. 1591  
in solut. 2  
casus in  
prin. agēs  
de immu-  
nit. Eccle.

secundum  
iuris con-  
sultos

Greg. El-  
pa.

D. p. Aug  
in psal. 18  
ver. incli-  
na cormeū  
&c.

Michael  
Solon lib.  
de iust. &  
iur. 9. 674  
art. 1. cō-  
cl. 3.

ps. 81. ps.  
104. Gen.

47. Matt.  
17.



*pulchra doctrina.*

*D. Apost. 1. ad cor. c. 6.*

*Barth vrbinas in milleloq. D. p. Aug verb lib. lib. q. q. Euang. q. 23.*

cis concessa abrogare, & esset maximum absurdū &c. si secundo modo; ergo Pontifex à se solo, vel de consensu Principū Christianorū &c. neutrum istorū modorū ergo sequitur quod dicta libertas sit de iure diuino, & idē Doctor eodem loco Cōclusionē 4. docet, Clericos esse exēptos iure diuino, quantū ad gubernationē spirituale, & non esse subiectos iudicio sēculari cuiuscūque Principis sēcularis. Quantum similiter ad gubernationē tēporalem dicit, esse exēptos, nec aliquo pacto esse subiectos in causis criminalibus vel ciuilibus cuiuscūque iudicio sēculari, non iure diuino: sed iure humano Pontificio, & ciuili de consensu Principum, & idem doctor eodem loco Concl. 5. diffusè docet huiusmodi exemptionē clericorū, esse maximè consonū, & conuenientem iuri diuino, præcipuè auctoritate D. Apostoli, a simili, sicut ad euitandū scandalum nō videtur congruum, iudicem infidelem iudicare fideles: ita à pari repugnare videtur, iudicem laicum iudicare Religiosum &c. ergo sequitur idem quod supra.

Præterea Barth noster Vrbinas in milleloquio D. P. Aug de mente eiusdē, in omni regno intelligendum est liberos esse Regni filios, idest non esse vestigales &c. multo magis ergo liberi esse debent in quolibet regno terreno filij eiusdē Regni, sub quo sunt omnia regna terrena: idcirco idem Barth. in milleloquio S. Ambrosij verbo Sacerdos de mēte eiusdē D. Ambrosij in Conc. Aquileg non debet Sacerdos a laicis iudicari &c. idem eodem lib. verb. Papa de mente eiusdē D. Ambrosij in Epistola ad Anitum Papam nō debet

Sa-



Sacerdos, vel Papa à laicis iudicari propter suam excellētiā &c. & idē eodē libro verb. Imperator de mēte eiusdem D. Ambrosij, Ecclesia Dei est, vtrique Cēsari nō dēt addici: quia ius Cēsaris non pōt esse Dei tēplū &c.

Præterea 2. p. Decretorum, nullus Clericus conueniatur ad sæcularem iudicem, exemplum de Constantino Imperatore, qui in Synodo Nicena audiens quorundam querelam corā se deferendam, dixit, Vos à nemine diudicari potestis &c. quia ad solum Dei Iudicium reseruamini, & capit continua. Ante Iudicē Ciuilem Sacerdotes non accusentur &c. & cap. 8. nemo iudicabit primam sedem Iustitiam temperare desiderantem, & cap. 25. Violatores equidem possent impediri, ne fungerentur munere suo, quoad diuina. In spiritum sanctum blasphemant, qui sacros Canones violant, & infra, Priuilegia Ecclesiarum, & Sacerdotum inuenerata, ac inuiolata cunctis decernimus, manere temporibus, & leges Ecclesiasticas Apostolica auctoritate firmamus, & peregrina sub mouemus iudicia, & super eadem 2. Parte de mente D. Gregorij Papæ. Excommunicatione subiaceat, qui Ecclesiastica prædia inuadit, & infra de mente Nicolai Papæ excommunicentur, qui Principum auctoritate res inuadent Ecclesiasticas &c. de mēte D. Ambrosij diffusè agitur de libertate Ecclesiastica, & inter cetera Glosatur illud Saluatoris reddite, quæ sunt Cēsaris Cēsari, & quæ sunt Dei Deo &c. quod etiam glosat D. P. Aug. dicēs, si Cēsar quærit in nūmo imaginē suā, De⁹ nō quærit in homine imaginem suā. Et ad hanc similitudinem &c.

lib. 5. Epist.

cap. 2. q. 1.  
c. illud ad  
sæcularē  
iudicem.c. 12. &  
c. 23.ps. 94. in  
principio.

Gg      Træ.



Barth. Gi  
theus ad  
Remp. Ve  
ne. c. 2.  
Sot. 4. sen.  
dist. 25. ra  
tione 4.

Præterea Barth. Githcus Talamellensis in suo libello ad Remp. Venetã, de mente Soti, docet eandẽ libertatẽ Ecclesiasticam: quia sequeretur hoc maximum absurdum, quasi Sacerdotes nõ essent liberi: sed subditi laicis Principib<sup>9</sup> &c. & sic finis p̄sentis capituli &c.

## CAPVT QVARTVM.

*In quo Auctor sequitur agere de eadem materia, alias afferens rationes.*

c. 13. lect.  
49.

**B**. Egid. nr̄ Rom. super Epist. D. Apost. ad Rom. verb. & carnis curã ne feceritis, dub. 1. Privilegijs Principum etiam apud Gentiles Clerici diuinis vacantes operibus non tenebantur Principibus dare tributa, quod consonũ est rationi: quia si Principibus debentur tributa: ex eo quia vacant cõmuni bono humano: cum modus humanus, non sufficiat ad gubernandũ cõmune bonũ, nisi per diuinum auxiliũ adiuuctur, Clerici aut̄ vacantes diuinis, & fundentes preces ad Deũ, pro cõmuni bono, et vt Reges possint bene regere, & gubernare cõpēsãt Regibus si in aliud laborant pro eis: immò, non solum compēsant: sed et supererrogant: quia modus diuinus est in supplementum modi humani: vnde plus faciunt Clerici Diuinis vacantes, pro Regibus, quã Reges pro ipsis: ideo magis tenentur Reges tributa soluere Clericis: quam e conuerso: & sic Clerici absoluuntur, à solutione tributorum; accipit et̄ ibidẽ illud Genesis, vbi subiecit Ioseph per totã terrã Egipti præter Sacerdotũ terrã &c. & idcirco D. P. Aug. de verbis Domini exponēs illud Matthei c. 22. quæ sunt Cæsaris Cæsari; &c. nihil amplius

47.

D. p. Aug  
de verb.  
Domini  
secundum  
matth. ser.  
49.



plus exigatis, quam quod constitutum est vobis &c.  
 & infra, ne autem ignorantes plus exigendo in pecca-  
 tum incidant, aut tessantes publicā, decipiant func-  
 tione &c. sed sæpè, ac sæpius multi tentant, & volunt exi-  
 gere plusquā sibi constitutū est, nedum a laicis, verum  
 et à Religionis, & Clericis, a quibus nihil omnino ex-  
 igere possunt, & debent. Hinc contra eosdem exacto-  
 res Nicolaus n̄r Barianus Plac. insurgit dicens, ipsos  
 esse excommunicatos, tentātes subditos subtrahere per-  
 tinaciter, seu quouis modo præsumentes vexare iuri-  
 sdictionem, seu fructus, ad Ecclesiasticas personas per-  
 tinentes, vel usurpare, vel rapere directè, vel indirectè  
 per se, vel per alios, allegans Bullam Cenzæ Dñi, &c. &  
 idem, eodem lib. adducit exemplū cuiusdā Regis Per-  
 sarum, qui in tanta reuerentia haberi voluit Regiam  
 sedē apud ipsos Persas, vt esset eis capitale hoc scelus  
 de capitatione puniēdū: qui ipsū Regiū soliū occupa-  
 re tentassent: vt recitat Valerius, quāto magis ergo ex-  
 hibēda erit reuerentia Dei templo, personisque Eccle-  
 siasticis, ac etiam bonis suis temporalibus.

Præterea pronunc concludendum est cum B. n̄ro  
 Aug. Ancon. vbi de mente S. P. Aug. hæreticum esse  
 qui alicuius cōmodi tēporalis, vel gloriæ principatus  
 sui grā, falsas, ac novas opiniones gignit, vel sequitur  
 in Ecclesia, quo circa cū hæc positio de auferenda, vel  
 turbanda, eadē libertate Ecclesiastica sit quodam modo  
 nedum noua, verū et, & falsa prorsus vitanda erit tan-  
 quā mala, & hæretica, cū directè contradicat, ac repu-  
 gnet decretis, atque determinationibus Ecclesiæ, vt di-

Nicol.  
 Plac. lib.  
 ser. quad.  
 ser. 5. ma-  
 ior. Hebd.

ser. 2. don  
 4. quad. cō  
 clu. 4.  
 lib. 5. de  
 Humanita-  
 tate.

lib. de pot.  
 Eccl. q. 10  
 art. 2. in  
 corp.  
 D. p. Aug.  
 gust. lib.  
 de utilita-  
 te creden-  
 di.



Concil.  
 Trid. sess.  
 4 dec. de  
 edit. & v  
 su sac.  
 lib.  
 B. Aug. l.  
 eodem q.  
 60. art. 6.  
 & q. 10.  
 arg. 1. ad  
 arg.

ctum superius: nec valet seu admittenda est, quæcun-  
 que status ratio ( vt aiunt, ) aut quæcunque alia vana  
 excusatio pro tali falsa, positione sustinenda, & defen-  
 denda, dicente, ac stante præallegata S. P. Aug. auctori-  
 tate, qui alicuius commodi temporalis, vel gloria  
 Principatus sui gratia &c. Deponat igitur oppositum  
 sustinentes prædictam falsam opinionem, & toto eo-  
 rum conatu, sequantur veritatem determinatam, a S.  
 M. E. cuius proprium est, est iudicare de vero sensu su-  
 per scripturis, vt docet Sacrum Concil. Trid. & simi-  
 liter idem B. Aug. de mente S. P. Aug. aliud est causas  
 terminos imponere; aliud est sacram scripturam dili-  
 genter exponere, in negocijs, ergo, & questionibus in-  
 surgentibus de fide definiendis, & terminandis, non so-  
 lum necessaria est scientia: verum etiam, & potestas.  
 Vnde Dominus noster Iesus Christus D. Petro dictu-  
 rus: quodcunque ligaueris super terram &c. prius di-  
 xit tibi dabo Claves Regni Cælorum, per quas Cla-  
 ues significatur potestas Petro data &c. Ecce itaque  
 qualiter non solum scientia, sed plus est ipsa potestas,  
 quibus omnibus certè carent ( vt experientia docet ) su-  
 stinentes, & docentes oppositum, quod quidem veri  
 fideles, totis viribus suis vitare, ac diligenter cauere  
 debent, ne decipiantur à falsis doctoribus falsa dogma-  
 ta docentibus; quod facit Deus.

2. parte.

Præterea B. Egidius noster Romanus suo tractatu  
 quomodo Reges, & Principes possint possessiones, &  
 bona Regni peculiaria Ecclesijs largiri, respondens  
 quibusdam oppositionibus, ita dicit. Dato, quod Rex

iuret



iuret, non alienare bona immobilia pertinentia ad Coronam eius, patet quod non est alienare huiusmodi bona, quando sunt sub protectione, & defensione Regis, & quando pertinent ad Regnum, & sunt de Veritate Regni: quia quando Rex debet de rebus, & possessionibus regni patrocinium, consequens est, quod Rex, & possessione Regni debeant Regi in necessitate obsequium, per Vgonem, & infra quantum ad bonum laicorum, & Ecclesiarum, non est eadem mensura, & modus apud Regem: quia bona Ecclesiarum absque licentia capituli Ecclesiastici Summi Pontificis, non sunt sub Regia potestate, nisi quoad defensionem; non autem quoad dispositionem, & hoc quidem diffusius declarat 4. parte eiusdem Tractatus. Ergo ex hoc etiam clarè patet Ecclesiastica libertas, seu immunitas &c. de qua dicit etiam Petrus Folerius Iurisconsultus in sua Canonica Criminali praxi, qui violat immunitatem Ecclesiæ Sacrilegium committit, quod exemplo probatur, ab eodem relato, eadem 2. parte, ubi dicitur. Tempore meo quidam de Sancto Cipriano de nocte frangens ostium, Ecclesiæ abstulit quendam Calicem in quo erat Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ: quo per eum cognito, mādauit Eucharistiam, demum Calicem uendit, & captus in terra schifati, & redacti in fortissimæ Regiæ Principatu citra, tortus confessus fuit, & insuper dixit quod cōmisso dicto sacrilegio, quidā eū, se per infestabat, ut rediret domum, & non fugeret, & dum ipse uellet aufugere, faciebat ipsum retrocedere uersus Domū

petrus Folerius  
lib. 2. p.  
iudicial.  
num. 8  
num. 53.  
circa finē  
exemplū  
maxime  
notandum



in tñ, quod p̄ quatuor dies nunquã potuit prolongari, & abesse ab eius Domo, vsque quo captus fuit eandem fuit trásinatus, & manibus decurtatis in loco Ecclesie fuit suspensus, & demum in frustra diuisus, & meritò quidem, postquam tantum ausus fuit cõmittere facinus &c, ergo seruanda, ac custodienda est semper prædicta Ecclesiastica libertas, de qua D. Thomas dicit, Christus venerat nos in statum libertatis inducere de statu seruitutis: & ideo sicut mortalitatem nostram suscepit, vt nos ad vitam reduceret: ita (vt Beda dicit) eo tempore dignatus est incarnari, quo mox natus, census Cæsaris adscriberetur, atque ob nostri liberationem, & ipse seruitio subderetur &c. ergo sequitur idem quod supra nempè quod semper sit custodienda & non offendenda iam dicta libertas, cuius curam habet, & ipse Dominus Dominantium, quem D. P. Aug. comparans ad Solomonem, dicit, eundem Solomonem, fuisse figuram eiusdem Domini Nostri Iesu Christi, de quo multa fuere adimpleta, quæ Solomoni minimè conuenire potuerunt, dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsq; ad terminos terre; quod in Christo videmus impleri: a flumine quippè dominandi sumpsit exordium, vbi baptizatus à Ioanne, eodem monstrante, coepit agnosci à Discipulis, qui eum non solum magistrum, verum etiam Dominum appellauerunt &c. Parer itaque tandem quomodo, qualiter, & quando sit attendenda, eadem Ecclesiastica libertas. Et sic finis huius Tractatus, & capituli.

D. Thom.  
3. p. q. 35.  
art. 8. ad 1.  
arg.

D. P. Aug.  
lib. 17. de  
Ciu. Dei  
c. 8.

1. 7. 1.